



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

### **Viridarivm Sanctorvm**

Ex Menæis Græcorum lectum, translatu[m] et Annotationib. similibusq[ue]  
passim, historijs Latinis, Græcis; editis, ineditis illustratum

**Rader, Matthäus**

**Avgvstae Vindelicorvm, 1607**

Translatio Corporis S. Stephani Protomartyris Et Archidiaconi.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-43013**

na, nomē Domini mei inuoco. Recusantē  
eierare Christū, iussit præses extentā virgis  
adeo immaniter lacerari, ut terra sanguine  
purpuraretur: Dein suspensam carpi & la-  
niati. Hinc cum in custodiam retrusa esset,  
mox ingen terræ tremor totum concussit  
carcerem, vnde draco prorepens formi-  
dabilem reptando stridorem excitauit, flâ-  
maque illam cingere & inuoluere videba-  
tur. Territa illa totoq; corpore perhorre-  
scens se se in preces dedit, itaque terrifi-  
cum illud monstrum in atrī canis formam  
mutatum est, quod sancta fæmina pilis at-  
reptum, globo reperto secundum caput &  
tergum tam diu pulsavit, quoad penitus  
edomaretur. Rursum dehinc in aliam pro-  
tracta quæstionem facibus ardentibus v-  
stulatur, & in vas aqua plenum per caput  
immittitur, quibus in tormentis multos ex  
perfidia Dæmonum ad Christi fidem tra-  
duxit, quibus omnibus ceruices sectæ: Præ-  
ses etiam his concitatus Marinam securi  
percussit.

i. Augusti I. TRANSLATIO COR-  
PORIS S. STEPHANI PRO-  
TOMARTYRIS ET ARCHIDIA-  
CONI.

H26

**H**Æc secundo Augusti peragitur, de qua  
hæc narrantur.

Multis annorū curriculis post S. Martyris  
cædē Christi causa factā circūactis, multisq;  
aliis ob Christum vltima omnia constanti  
animo passis, tandem illam tempestatem  
Ecclēsī, magna secuta est serenitas; carce-  
res reclusi omnes, suppliciorum ergastula  
vacauere.

4. Constantino M. qui primus inter Im-  
peratores Christum coluit, imperante, pa-  
ce reddita, & Ecclesia per totum orbem in  
libertatem asserta, beatus hic protomar-  
tyris thesaurus est repertus.

Vide Ann.  
notat.

Viro cuiquam qui vicum illum habita-  
bat, in quo gemma hæc humi condita late-  
bat, ætate, dignitate, & viꝝ honestate ve-  
nerabili Luciano nomine presbytero, se-  
mel, iterum, ac sæpius princeps hic Mar-  
tyrum athleta, sese videndum exhibuit, se-  
ipsumque illi aperuit. Presbyter rem ad Io-  
annem Episcopum retulit, qui mox inge-  
ticum latus gaudio, ad locum cum vniuerso  
sacroque hominum illius oppidi ordine  
properauit; terraque effossa inuenit tum-  
bam, vbi repente tellus vehementer mo-  
vit, gratissimaque odorum fragrantia cir-  
cumstantes omnes afflavit, & Symphonie

R 3 cœlitum

cœlitum ad decimum usque lapidem exal-  
dita, illud solemne ingeminantium : Glo-  
ria in excelsis Deo, & in terra pax homini-  
bus bonæ voluntatis. Quin multæ simulva-  
tiorum morborum curationes factæ gra-  
tiâ protomartyris declarabant. Exemplo  
igitur Hierosolymorū Patriarcha cum ge-  
minis episcopis & sacro cœtu cleri, popu-  
loque vniuerso, sacrosanctum illud corpus  
magno delibut⁹ gaudio, venerabundus cū  
musico hymnorum luminumq; triumpho,  
& incensis thymiamatum odoribus ingen-  
ticum honore & cultu ad Syonis montem  
deportauit, eximiumque postea templum  
in eadem vrbe ab Alexandro Senatore  
conditum, qui multis à patriarcha precibus  
imperauit, uti venerandæ protomartyris  
reliquiæ cum omni veneratione in eo re-  
ponerentur. Nec amplius quinquennium  
post translationem fluxerat, cum ipse Ale-  
xander desperato morbo correptus, arcam  
sibi persimilē illi in qua sancti corpus ser-  
uabatur, fieri curauit, propterque sanctum  
depositus animam edidit, arque in sarco-  
phago suo iuxta Sanctum est collocatus.  
Post annos autem octo, quam Alexander  
ordinis senatorij, diem obierat, Constan-  
tino M. imperante, & Metrophane pa-

priarchatum Constantinopoli administrá-  
 te, vxor Iuliana Alexandri, ne cùm propter  
 ingentes opes, tūm corporis excellentem  
 pulchritudinem, à multis ad alterum solici-  
 tata connubium, inuita nubere cogeretur  
 huiusmodi consilium capit, ut corpore vi-  
 ri sui accepto Constantinopolim ad patriā  
 & patrem recurreret, quæ diuino quodam  
 decepta nutu, dimissa viri arca, sancti pro-  
 tomartyris tumbam lacrymis perfusam cō-  
 plexa est, ac postremo reliquias in lectica  
 collocatas iumento ferendas imposuit, Ita  
 profectionem expediebat, tota porrò no-  
 ste cœlitum odaria & musicus concentus  
 fuit exauditus, gratiique odoris velut pig-  
 mentorum suavitas omnia, qua ferebatur  
 implebat: Cacodæmonum quoq; lamenta  
 resonabant, cum clamitarent, Væ nobis:  
 Stephanus per nos medios incedit, & nos  
 cruciat. Cum Ascalonem maritimam vr-  
 bem peruentum esset, nauigium quinqua-  
 ginta aureis compararunt, cœptumq; iter  
 mari prosecuti sunt, in qua nauigatione,  
 quæ quantaque miracula euenerint, nullis  
 compendio verbis exprimi potest. Vbi de-  
 dum Constantinopolim naucm applicuit,  
 & res tanta ad Imperatorem est delata, &  
 relata, quæ matronæ accidissent, è vestigio

R 4 ipsa

ipsa fœmina Imperatori, coram acta omnis  
 à capite ad calcem usque exposuit: tum ve-  
 rò invictus Imperator ingēti perfusus gau-  
 dio, patriarchæ cum toto religiosorum sa-  
 cro ordine præcepit, uti summa cum vene-  
 ratione & cultu sacro sancto pignori obui-  
 am prodiret, illudque in regiam deduceret.  
 Tum rursum prodigia multa, quæ nemo  
 facile dicendo assequatur ostensa, vnum ex  
 cunctis silentio nullo modo est prætermi-  
 tendum. Trahebant currum mulæ in quo  
 thesaurus ille erat repositus, dum venirent  
 ad locum Constantianas appellatū, in quo  
 & depositus est, cum verbetibus iumenta  
 nimomul<sup>o</sup> ut potro procederent, virgerentur, altera  
 mularum humana voce \* quid, inquit, nos  
 cæditis: hic Sanctus est collocandus. has  
 voces & Pontifex, & cætus vniuersus cum  
 audisset, magnis vocibus in laudes Dei ef-  
 fusus est. Imperator ipse Christianissimus  
 cognito facto rei miraculo attonitus, ex-  
 templo eodem in loco angustum principi  
 Martyrum templum ad laudem & gloriam  
 Domini nostri Iesu Christi, & sancti famu-  
 li sui excitauit.

## ANNOTATIONES.

**S**cipserè plures de hac principis martyrum Ste-  
 phani inuentione & translatione. Nicetas phi-  
 lo-

\* Apud  
 Cedrenā  
 in Copro-  
 nimomul<sup>o</sup>  
 itiden lo-  
 quitur.

Iosophus, ex quo hæc sunt deponpta. Lucianus presbyter, Marcellinus in Chronico, Nicephorus lib. 14. c. q. Gennadius, Beda, Sigebertus, & alij.

Errat hic Nicetas, non sunt inuentæ æuo Constantini M. Nec annum attigit Beda & Bedam se-  
cuti. Lucianus presbyter Confules signauit Hono-  
rium X. Theodosium VI. qui fuit annus Christi  
15. Honorij certè & Theodosij ætate repertos  
adocet, & Marcellinus & Nicephorus cum Genna-  
dio. Lege Baronium Antinoli. V.

Non minus erè miraculum euenit cum idem protomartyr, postea Constantinopolis Romam est translatus, (Pelagio pontifice ut est in Martyr. Rom. 7. Maij) & in sepulchro D. Laurentij conditum cui honoris causa D. Laurentius dextram con-  
cessit uti his verbis narrat Illephonsus Giron Hispanus in concione de D. Stephano. Cuius, in-  
quit, corpus translatum in Basiliacum Diui Lau-  
rentij, ad eo urbanè à Laurentio ibi iacente excep-  
tum est, ut gloriose Stephano tanquam primo  
Martyri primas dederit Laurentius, loculum suum in sinistram transferens, dextram Stephano  
concedens. Ob quam causam ab Italibus nuncupatur Laurentius urbanus Hispanus: El cortes Espanol. civilis Hispanus. Nec tacenda S. Theodora Thessalonicensis matrona, de qua Menæa s. Apri-  
lis. quæ & ipsa religiosæ antistitiae suæ mortua  
mortuæ locum dedit in sepulchro.

S. MYRO EPISCOVS  
CRETAE TAVMATVRGVS.

*8. August.  
Martyral.  
Rom.*

A Vrace natus est hic, ciuitate Cretæ,  
haud procul Gnosso, qui pietate sin-  
R 5 gulari